


EX-LIBRIS



RUBENS BORBA  
ALVES DE MORAES

le ne fay rien  
sans  
**Gayeté**

(Montaigne, Des livres)

Ex Libris  
José Mindlin

Lorenzio nāo cita

20

# QUADRAGINTA SOCII

Azebedio Duce in Brasiliam nавigantes ab Hæretico-  
Gallis occiduntur.

VIRGILIO-CENTO

Authore

REVERENDO ADMODUM,

ET

LITERATISSIMO

DOMINO

# AUGUSTINO DE MATTOS.



CONIMBRICÆ:

Ex Typ. Antonii Simoens Ferreira Univers. Typog. Anno Dñi 1752.  
*Cum facultate Superiorum.*

# ПРОВІДНИКІЯ ПАСТОРІВ

6750011918


Göttingen

# АЛГОРИДМЫ ОБИЧАЙНОГО ТАКТИКА

# MISSITARIA

# ДОМІНО

# ONITEQUODUA OR CANADA




## C O N I M R I C A

1. 1990. 2010. 2011. 2012. 2013. 2014. 2015. 2016. 2017. 2018. 2019. 2020.



# PRÆLIBANTUR QUÆDAM. Poemati argumenta Suppedi- tantia.



ENERABILIS P. Ignatius de Azevedo  
è Societate JESU , de cuius vitâ , & soli-  
dissimæ virtutis moribus uberrimè constat ,  
ut videre est apud Processus Originales ,  
quos in lucem edidit ad assequendam ejus-  
dem Beatificationem R. P. Antonius Ca-  
bral Italico Idiomate ad ungem exaratos , incredibili pro-  
pagandæ fidei per incultas eo tempore Brasiliæ gentes suc-  
census ardore Romam adiit , ibique impetrata venia à  
Divo Francisco de Borja Generali Dignitati præstituto  
eam feliciter adeptus , quam etiam libentissimè confirma-  
vit S. P. Pius V. Effigiem Beatissimæ MARIÆ Virginis à  
Sanctissimo Patre accepit , cuius spetiosissimum portentum  
meminit Poema , ut suo loco patefiet. Rebus ita feliciter  
labentibus , collectis triginta novem Sociis , eoque adim-  
plente quadragessimum numerum Lusitano è portu solvit ,  
in Bahiam vela facturus : Repente ante Insulam Palmam  
invasi omnes ab Hæretico-Gallis occiduntur. Horum Dux

Jacob-

Jacob-Soria quinque navibus supereminens uni tantummodo, quâ vehebantur sanguinolenti certaminis strenuissimi Atletæ. Luce 15. Junii anno 1570. diverso quisque cruciatus tormento diem clauerunt, martyriique laurea haud immerito coronati.

*Primus numerus denotat librum, secundus versum,  
cujus etiam partitiones asterisco prænotantur.*

QUA-

# QUADRAGINTA SOCII

Azebedio Duke in Brasiliam navigantes ab Hæretico-  
Gallis Occiduntur.

## VIRGILIO-CENTO.

- |             |  |
|-------------|--|
| Æ. 12. 332. | <b>S</b> anguineus Mavors * medii per maxima Nerei Æ. 10. 764.                                 |
|             | Stagna viam scindens, * rorantes sanguine cristas 11. 8.                                       |
| 7. 668.     | Indutus capiti, * & ferrugine tinctus Iberâ 9. 582.  |
| 10. 412.    | Tendit in adversos, * horrendumq; intonat armis 12. 700.                                       |
| 2. 694.     | Stupea flâma manu, * nullo discrimine cædem 12. 498.   |
|             | Suscitat: * arva nova Neptunia cæde rubescunt. 8. 695.   |
| 7. 640.     | Pandite nunc, Helicona Deæ, * quæ causa subegit 8. 112.  |
| 6. 165.     | Ære ciere Viros, Martemq; innare revulsas 8. 691.  |
| 3. 692.     | Cycladas? aut montes concurrere montibus altos?<br>(Tanta mole viri turritis pupibus instant.) |
| 9. 80.      | Tempore quo primum * dare fatis vela jubebat 3. 9.   |
| 9. 81.      | Zebadius classem, & pelagi petere alta parabat   |
| 6. 812.     | Missus in Imperium magnum, * pictosq; Tapuyas G. 2. 115.                                       |
| 7. 706.     | Ecce Genevorum * se se referebat ab oris Æ. 7. 286.  |
| 1. 90.      | Hæresis, & vastos * rumpebat pectore questus 4. 553.   |
| 3. 34.      | Multa movens animo, * credo mea Numina tandem 7. 297.  |
| 7. 298.     | Fessa jacent odiis: * unâ cum gente tot annos 1. 51.   |
| 1. 52.      | Bella gero! * Mene incepto desistere victam, 1. 41.  |
|             | Nec posse Americâ Hebræorum avertere Regem?  |
| 7. 313.     | Non dabitur regnis, esto, prohibere Tupinis.   |
| 5. 194.     | Quamquam oh! sed * maneat nostros ea cura Nepotes: 3. 505.                                     |
| 7. 315.     | At trahere, atq; moras tantis licet addere rebus,  |
| 10. 312.    | Occiso prædone, virûm qui maximus ultro  |
| 10. 343.    | Brasiliam petiit * magna stipante caterva. 4. 136.   |
| 1. 54.      | Talia flammato secum Dea corde voluntans   |
| 1. 56.      | Ruppellam venit: hic vasto Jacobus in antro 3. 641.  |
| 3. 302.     | Ante Urbem * in dumis, interque horrentia lustra 11. 570                                       |
| 3. 658.     | Monstrû horrêdû, informe, ingês: * dapibusq; cruentis 3. 618.                                  |
| 10. 726.    | Gaudet hians immane, * & sanguine pascitur atro. 3. 622.                                       |
| 3. 625.     | Vidi egomet duo de numero cùm corpora nostro<br>Frangeret ad saxum, sanieq; expersa natarent   |

- Limina; \* Di talem terris avertite pestem. 3. 620.  
 8. 198. Huic monstro *Cacodæmon* erat Pater; ibi ius atrox  
 Ore vomens ignes magnâ se mole ferebat.  
 9. 224. Cætera per terras \* animalia somnus habebat, 3: 147.  
 10. 745. Olli dura quies oculos, & ferreus ingerit.  
 Somnus, \* cunctantibus natantia lumina solvit. 5: 856.  
 3. 630. Nam simul expletus dapibus, vinoq; sepultus  
 5. 422. Et magnos membrorum artus, magna ossa, laceratosq;  
 Exuit, \* effulitosq; emuniit objice postes. 8: 227.  
 3: 718. Conticuit tandem, \* atq; immania tergi resolvit 6: 423.  
 6. 423. Eius humi, \* per tota novem cui jugera corpus. 6: 596.  
 Porrigitur; \* totoq; ingens extendit utr' intro. 6: 423.  
 Ad quem sic roseo *Calvinias* ore locuta est:  
 Nata, meæ vires, mea magna Potentia solos,  
 Per tacitum nemus ire, \* preces descendere in omnes 5: 782.  
 Religio, & cuncti suaserunt numine Divi:  
 Ergo eadem supplex venio, & \* tua Numinia posco. 11: 670.  
 Gens inimica mihi *Atlantæum* navigat æquor,  
*Romam* in *Brasiliam* portans: \* mea vulnera restant. 10: 29.  
 Exilium infelix, \* & ineluctabile tempus 2: 324.  
 Hugonidos! Fuiimus Socii, fuit *Hugon*, & ingens  
 Gloria *Calvini*! \* Ferus omnia *Transfuga Romam*. 2: 326.  
 Advocat *Ignatius*; \* fluctuque, æstuque secundo 10: 687.  
 Prona petitur maria, & \* *Babiæ* defertur ad Urbem 10: 688.  
 Hic *Cramuros*, *Granaisque*, Sagitiferosque *Tamuyas*  
 Composuit, legesque dedit, \* moresque sinitros, 11: 346.  
 Quae neque mos, neque cultus erat, neque jungere Tauros,  
 Aut componere opes norant, aut parcere parto:  
 I que, reditque viam toties, \* pelagoque remenso 2: 181.  
 Dicit *Ulysses* ( necquam ) ex urbe fecutus,  
 Collectam exilio pubem, \* populumque volentem 5: 749.  
 Matre Deâ monstrante viam. \* Tu cuius, & armis, 8: 511.  
 Et generi fatum indulget, quem Numina poscunt:  
 Vade, age, Nata, voca \* naves, quæ forre paratæ 1: 366.  
 Gallorumque manum, \* & socios, qui flumine pulchro 7: 430.  
 Excessere omnes, \* pictasque exure carinas, 7: 431.  
 Aut age diversos, & desjice corpora ponto.  
 Perge modo, \* a que hinc te Reginæ ad limina perfer; 1: 393.  
 Namque tibi \* æratasque acies, \* navemque, virosque 6: 336.  
 Expediet, curlusque dabit, \* mecumque fovebit 1: 285.  
 Hugo-

|          |  |                |
|----------|--|----------------|
|          | <i>Hugonidos.</i> * Tales dederat <i>Cocytia</i> voces.  | 7. 560.        |
| 7. 458.  | Olli Somnum ingens rumpit * furor, iraque : mentē        | 2. 316.        |
| 11. 3..  | P̄cipitant, curæ, * cædisque insana Cupido.              | 9. 760.        |
| 7. 460.  | Arma amens tremit, arma thoro; * & se suscitat irâ,      | 12. 108.       |
| 7. 461.  | Sævit amor feiri, & scelerata licentia helli.            |                |
| 5. 719.  | Talibus incensus dictis, * & numine Divæ;                | 1. 451.        |
| 5. 458.  | Nec mora, nec requies, * le marutinus ægebatur           | 8. 465.        |
| 7. 666.  | Ipie pedes * tergum Getuli immane Leonis                 | 5. 351.        |
| 7. 667.  | Terribili in pexum leuitâ cum dentibus albis             |                |
| 7. 689.  | Tegmen habet capiti, * fidoque accingitur ense.          | 7. 640.        |
| 7. 669.  | Horridus Herculeoque humeris innexus amictu,             |                |
| 1. 721.  | Reginam perit : hæc oculis, & pectore rotu               |                |
| 11. 797. | Annuit orantii, * rerumq; reliqui habendas.              | 7. 600.        |
| 12. 71.  | Ardet in arma magis ; * portis sese extulit ingens,      | 12. 441.       |
| 11. 491. | Exultatque animis, & spe * jam certus cundi              | 4. 554.        |
| 12. 561. | Draquea. Tiliaumque vocat, * fortemq; <i>Bocardum</i> ,  | 4. 288.        |
|          | Classem aptent taciti, socios ad littora cogunt :        |                |
| 9. 720.  | Unique cœnatum : * instructo Marte videres               | 8. 676.        |
|          | Fervore <i>Rupellam</i> , * pictasque innare Carinas.    | 8. 93.         |
| 4. 402.  | Ac velut ingentem formicæ farris acervum                 |                |
|          | Cum populat hyemis memores, * hyemiq; reponut            | G. 3. 403.     |
| 1. 422.  | Corripiere viam, * tenuis quâ semita ducit.              | A. n. 11. 524. |
| 4. 404.. | It nigrum campis agmen : * pars grandia trudunt          | 4. 405.        |
| 4. 406.. | Obnoxæ frumenta humeris, pars agmina cogunt :            |                |
| 7. 393.  | Idem omnis simul ardor agit, * coit omnis in unum        | 10. 410.       |
| 10. 410. | Non aliter Sociūm virtus, * & littora complet.           | 3. 676.        |
| 8. 707.  | Ipsa videbatur ventis Reg'na vocatis,                    |                |
| 1. 508.  | Per medios instans operi ; * ium littore funem           | 3. 266.        |
| 3. 267.  | Diripere, excussoque jubet laxare rudentes,              |                |
| 1. 362.  | Auxiliumq; viæ * magnum dat ferre talentum               | 5. 248.        |
| 10. 527. | Cœlati argenti, * centum cum matribus agnos              | 1. 639.        |
| 5. 97.   | Totque sues, totidem * fornâ superante juvencas,         | 8. 208.        |
| 5. 249.  | Ipsis præcipuos Ductoribus addit honores,                |                |
| 1. 640.  | Munera, lætitiamque Dei.                                 |                |
| 4. 582.  | Littora deseruere : * it clamor, & agmine facto          | 8. 595.        |
| 3. 208.  | Adnixi torquent spumas. * Dux Fœmina facti.              | 1. 368.        |
| 5. 1..   | Interea medium <i>Ignatius</i> jam classe tenebat        |                |
| 2. 256.  | Certus iter, fluctusque atros Aquilone fecabat,          |                |
| 12. 482. | Littora nota petens ; * nec <i>Soria</i> segnior instat, | 10. 657.       |
|          | Vestigatque virum, & * revoluta per æquora navem.        | 10. 660.       |

21. 908. Ac simul *Hugonides* \* celsis in pupibus arma 1. 187.  
 21. 909. Prospexit longe, *Manresiaque* agmina vidit;  
 9. 51. Equis erit, mecum, ò Juvenes, qui primus in hostem!  
 En, ait, \* & *Pristi* adversum se turbidus infert: 11. 742.  
 Invadit, Sociosque incendia poscit ovantes:  
 9. 71. Ære cavo invadunt Socii, & \* pars maxima glandes 7. 686.  
 3. 240. Liventis plumbi spargit; \* tonat omne fragore 2. 541.  
 8. 487. Tormenti genus, & \* quam multâ grandine nimbi 5. 458.  
 Culminibus crepitant, \* it toto turbida Cœlo 12. 283.  
 Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber.  
 1. 666. Urit atrox *Soria*, & \* validam vi corripit hastam 12. 93.  
 11. 7. *Hadriaci* Ducis exuvias, \* quaslatq; trementem 12. 94.  
 Vociferans: Nunc, ò nunquam frustrata vocatus  
 Hasta, meos, nunc tempus adest; \* dà sternere corpus 12. 97.  
 Semiviri *Mystæ* \* cum Semiviro comitatu. 4. 215.  
 6. 792. Hic vir, hic est, tibi quem promitti sèpius audis; 3. 364.  
 12. 350. Ausus *Brasiliæ* \* terras tentare repostas.  
 G. 4. 562. Per populos dat jura, viamq; affectat Olympo.  
 Æn. 4. 622. Tum vos, ò Socii, \* *Loyolæaque* Phalanges 6. 489.  
 Americam cursu petitis, \* *Minuaniaque* arva: 1. 573.  
 3. 253. Ibitis *Americam*, portusque intrare licebit;  
 3. 254. Hâc dabitur dextrâ tellus quælita per undas.  
 10. 650. Et simul his dictis \* nunc huc, nunc fluctuat illuc 10. 680.  
 5. 357. Hos aditus, jamque hos aditus, \* omnemque pererrat 5. 441.  
 11. 766. Arte locum, & variis assultibus irritus urget.  
 Nec minus, & mileri \* tellorum effundere contra 9. 509.  
 9. 510. Omne genus *Lysii*, ac \* tormento ponderis acti 11. 616.  
 5. 754. Exigui numero, sed bello vivida virtus.  
 11. 646. Funditur ater ubique cruor: \* crudelis ubique. 2. 368.  
 5. 138. Corda pavor pulsans; \* pugnatur cōminus armis; 7. 553.  
 11. 629. Bis *Socini Lusos*, \* nec Dīs, nec viribus æquis 5. 809.  
 2. 463. Aggressi ferro circum \* tum dente tenaci 6. 3.  
 7. 238. Et petiere sibi \* vastâ se mole moventem 3. 656.  
 1. 188. Navem in conspectu, & voluere adjungere gentes. 7. 238.  
 12. 485. Adversos toties. \* certum est dare linteal retro. 3. 696.  
 3. 37. Tertia sed postquam \* congressi in prælia, totasq; 11. 631.  
 Implicuere inter se acies, legitque virum vir;  
 8. 338. Et *Loyolæam* \* rostro premit æmula Princeps, 5. 187.  
 11. 723. Comprensamq; tenet; \* paulatim evicta supremum 2. 630.  
 4. 687. Cum gemitu cedit; quoniam spoliata Magistro est. 5. 224.  
 Fit

|          |   |               |
|----------|---|---------------|
| .2. 494. | <i>Fit via vi, rumpunt aditus, primosque trucidant</i>                | 9. 678.       |
| 5. 227.  | <i>Immissi Galli, * &amp; cristis capita alta coruscis</i>            | 1. 472.       |
| 9. 521.  | <i>Tum verò ingeminat clamor, * cristatus Jacob.</i>                  | 9. 815.       |
| 8. 257.  | <i>Parte alia, horrendus visu * se se oīnaibus armis</i>              |               |
|          | <i>Præcipiti injectit saltu, quā plurimus undam</i>                   |               |
| 2. 68.   | <i>Fumus agit ; * medioque in crimine cædis, &amp; igne</i>           | 7. 577.       |
| 5. 840.  | <i>Constitit, atque oculis <i>Lisia</i> agmina circunspexit.</i>      | 7. 784.       |
| 9. 794.  | <i>Te, <i>Zebede</i>, petens, * &amp; toto vertice supra est</i>      | 10. 515.      |
|          | <i>Asper, acerba tuens : * <i>Hugon</i>, <i>Calvinus</i> in ipsis</i> |               |
|          | <i>Omnia sunt oculis : * duris dolor ossibus ardet</i>                | 9. 66.        |
| 10. 872. | <i>Et furiis agitatus amor, &amp; conscientia virtus,</i>             |               |
| 7. 107.  | <i><i>Zebedius</i>, primique Duces * infanda furentem</i>             | 8. 489.       |
| 2. 243.  | <i>Agnoscunt, atque ora sono, * victosque Penates</i>                 | 1. 72.        |
| 5. 766.  | <i>Complexi inter se, * magno clamore morantur.</i>                   | 5. 207.       |
| 6. 650.  | <i>Magnanimi Heroes ! his se quando ultima cernunt</i>                | 2. 446.       |
| 2. 447.  | <i>Extremâ jam in morte parant defendere telis.</i>                   |               |
| 1. 502.  | <i>Qualis in Eurotæ ripis * per florea rura.</i>                      | 1. 434.       |
| 1. 435.  | <i>Exercet sub sole labor, * cum pumice pastor</i>                    | 12. 587.      |
|          | <i>Vestigavit apes, fumoque implevit amaro :</i>                      |               |
|          | <i>Ille intus trepidæ rerum per cerea castra</i>                      |               |
|          | <i>Discurunt, * animasq; in aperia pericula mittunt.</i>              | 9. 663.       |
| 2. 429.  | <i>Pars optare locum tecto, * frustraque malorum</i>                  | 9. 538.       |
|          | <i>Velle fugam, dum seglomerant, retroque recidunt</i>                |               |
|          | <i>In partem, quæ peste caret : * fortuna Latinis</i>                 | 12. 593.      |
| 12. 593. | <i>Accidit hæc fessis, * &amp; ineluctabile fatum :</i>               | 8. 334.       |
| 10. 729. | <i>Sic ruit in densos * ductor <i>Rupelius</i> hostes.</i>            | 12. 456.      |
| 5. 188.  | <i>At mediâ Socios incedens nave per ipsos</i>                        |               |
|          | <i>Hortatur <i>Kates</i>, * dictisque ita fatur amicis</i>            | 2. 147.       |
| 1. 202.  | <i>O' Socii, ( neque enim ignari sumus ante malorum )</i>             |               |
| 6. 690.  | <i>Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.</i>                   |               |
| 10. 279. | <i>Quod Votis optastis, adest ; * timor omnis abesto :</i>            | 11. 14.       |
| 1. 208.  | <i>Per varios casus, per tot discrimina rerum</i>                     |               |
| 5. 542.  | <i>Hæc iter Elysium : * vestra, inquit, munera vobis</i>              | 5. 348.       |
|          | <i>Certa manent, pueri, &amp; palmam movet ordine nemo.</i>           |               |
| 9. 157.  | <i>Quod superest; * moriamur, &amp; in media arma ruamus.</i>         | 2. 353.       |
| 12. 159. | <i>Author ego audendi : * nec plura effatus in hostes</i>             | 9. 558.       |
| 9. 555.  | <i>Irruit ; &amp; quā tela videt densissima tendit ;</i>              |               |
| 10. 71.  | <i>Calvinamque Fidem * dictis castigat : <i>Alexis</i></i>            | 5. 387.       |
| 6. 159.  | <i>It comes, &amp; paribus * <i>Fontouram</i> in prælia dictis</i>    | 11. 520.      |
| 6. 726.  | <i>Spiritus intus alit, * longâ cum veste Sacerdos</i>                | 6. 64.        |
|          |   | <i>Andri.</i> |


5. 294. *Andrada, & Castrum primi*, \* simul ore fremebant 1. 563.  
 7. 672. *Godoyasque, acerq; Alfonsus* \* Iberica pubes 6. 580.  
 5. 323. *Rodricumque Peres sequitur*; \* quorum alter Iberus, 5. 298.  
 5. 299. *Alter ab Alchocheta Rotericæ sanguine gentis:*  
 2. 394. *Hoc Baptista, hoc ipse Lopes omnisq; Juventus*  
*Iæta facit*: \* Ducas exemplum, eveniumq; secuti 11. 758.  
 3. 628. *Haud impune quidem*, nec talia passus *Jacob*  
 6. 667. *Zebedium ante omnes* (\* is enim se primus agebat) 9. 696.  
 6. 387. *Sic prior aggreditur dictis atque increpat ultro*  
 5. 463. *Infelix, quæ tanta animum* \* *dementia cœpit?* Eccl. 2. 69.  
 10. 811. *Quo moriture ruis?* \* *digna, atque indigna relatu* Aen. 9. 595.  
*Vociferans?* \* *Quæ relligio?* *Autquæ* \* *copia fandi?* 1. 524.  
 10. 812. *Fallit te incautum pietas tua.* \* *Nec minus ille*  
 2. 320. *(Sacra manu* \* *præ le portans*) \* *huc dirige gressum*, 11. 855.  
 6. 788. *Huc geminas, huc flecte acies, hanc* \* *exue mentem*; 4. 319.  
 1. 759. *Erroresque tuos; nam te* \* *fallitque furentem* 7. 3.  
 7. 203. *Calvini gentem* *haud vinclo*, nec legibus æquam  
 8. 187. *Vana supersticio* \* *facilis delensus Averni.* 6. 126.  
 5. 680. *Sed non idcirco* \* *dictis violentia Galli*  
 12. 46. *Flectitur; exuperat magis ægre scirque medendo:*  
 9. 402. *Ocyus adducto* \* *contortum hostile lacerto* 11. 561.  
 12. 276. *Transadigit costas, & candida pectora rumpit* 9. 432.  
 5. 480. *Arduus: effractoque illisit in osla cerebro*  
 2. 792. *Ter conatus ibi* \* *multâ, prior arte Mariam* 11. 760.  
 2. 220. *Ille simul manibus tendit* \* *convellere ferro;* 6. 148.  
 2. 793. *Ter frustra comprensa manus effugit Imago.*  
 10. 276. *Haud tamen audaci cessit fiducia Gallo:* 9. 126.  
*Utrò nimos tollit dictis, dei sanguine pœnas* 11. 592.  
 7. 362. *Perfidus alta petens abducta Virgine prædo*  
 7. 318. *Sanguine Zebedio, & Lysio doctabere Virgo;*  
 7. 319. *Et Bellona manet te pronuba.* \* *Talia fatus* 10. 495.  
*Exanimum* \* *lævo pressit pede* \* *nexus & hastâ* 10. 736.  
 6. 348. *Dux Calviniade!* \* *Genus è Phegeronte profectum!* 8. 51.  
 6. 438. *Fata obstant!* \* *nec te hinc comitē asportare Genavā.* 2. 778.  
 2. 166. *Palladium, cæsis* \* *Lysiorum millibus ante* 11. 167.  
 2. 779. *Fas, haud ille sinet Superi Regnator Olympi.*  
 9. 433. *Volvitur Ignatides* \* *immani vulnere* \* *Cælumque*  
 10. 782. *Adspicit* \* *ora modis attollens pallida miris.* 1. 358.  
 5. 468. *Ast illem Fidei æquales* \* *extrema gementem*  
 9. 502. *Corripiunt, interque manus sub tecta reponunt* 11. 865.

Post

5. 339. Post *Castrum* subit, & nunc tertia palma *Soares*.  
 10. 401. *Castro* namque procul \* lique facta tempora plumbō 9. 588.  
 Diffidit, \* atque ensem tumido in pulmone recondit 10. 387.  
 3. 401. *Gallicus Idumenæus*; \* variisq; *Antonius armis* 8. 685.  
 9. 445. *Confoslus*; placidâque ibi dēmūn morte quievit.  
 Fortunati anībo! \* Puppi deturbat ab altā 5. 175.  
 9. 576. *Mayorgam Draquus*; subit & *Petragonias Prolles* 10. 353.  
 6. 810. *Sacra ferens*: \* cadii & *Godoyus justissimus unus*, 2. 426.  
 Qui fuit in *Sociis*, & servantissimus æqui.  
 12. 459. *Riberium Tibaus*, *Rotericum* obtruncat *Orodes*  
 12. 363. *Andreaque*; *Stephanumque*; *Simonaque*; *Gregoriumque*,  
 Tres uno congressu, \* illum eminus, eminus ambos 11. 342.  
 Corrigeas, *Marcum*, atque *Lopes*\* Indictus abibis 7. 733.  
 7. 733. Nec tu Carminibus \* *Minia* de gente *Joannes*; 7. 803.  
 Occidis. *Hugoniæ* quem non potuere *Phalanges*  
 12. 544. Sternere? \* Nec tua te \* primævo flore *Juventus* 7. 162.  
 5. 344. Gratior, & pulchro veniens in corpore virtus  
 Eripuit *Gallo*. \* Nec te tua plurima, *Noni*, 2. 429.  
 Labentem pietas, nec *Loyolæ* infula texit.  
 6. 625. Non mihi si linguæ centum, \* & Deus author *Appollo* 8. 336.  
 6. 627. Omnia pœnarum percurrere nomina possem  
 2. 103. Idque audire sat est: \* lethi discrimine parvo 3. 685.  
 8. 545. *Zebadius* pariter, \* *Sociumque exercitus omnis* 2. 415.  
 1. 208. Per varios casus \* sternuntur: inertia passim 2. 364.  
 Copora \* pontus habet *Palmae* \* pontoque feruntur. 9. 122.  
 9. 119. *Delphinumque modo*, \* qui per maria humida nando 5. 594.  
 Carpathium, Lybicumque secant, luduntque per undas  
 1. 122. Apparent rari nantes in gurgite vasto..  
 11. 410. Nunc ad te, & tua, Magne Pater, \* sic itur ad astra. 9. 641.  
 4. 381. I, Sequere Elysium ventis, pete regna per undas  
 6. 786. Felix prole virūm: qualis *Berecynthia Mater*  
 Invehitur curru \* centum complexa Nepotes: 6. 787.  
 Omnes Cælicolas, omnes supera alta tenentes.  
 6. 546. I, decus, i nostrum; melioribus utere fatis.

F I N I S.





*X*

009703

